

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

A N D R I A

Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

D. Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies
Capitis periculum adire, dum profim tibi.
Tuum est, si quid præter spem euenit, mi ignoscere.
Parum successit quod ago, at facio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.

P. Cupio. restitue in quem me accepisti locum.

D. Faciam. P. at iam hoc opus est. D. hem, st, mane: cre-
puit à Glycerio ostium.

P. Nihil ad te. D. quero. P. hem, nuncine demum? D. at
iam hoc tibi inuentum dabo.

ACTVS QVARTI SCENA II.

MYSIS, PAMPHILVS,

CHARINVS, DAVVS.

M. Am, ubi ubi erit, inuentum tibi curabo, &
I mecum adductum

Tuum Pamphilum: tu modo anime mi noli
te macerare.

P. Mysis. M. quid est? hem Pamphile, optume mihi te of-
fers. P. quid est?

M. Orare iussit, si se ames, hera, iam ut ad sese uenias:
Videre a te cupere. P. uah, perij: hoc malū integra scit.
Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros solicia
citari?

Nam iccirco accersor, nuptias quòd mi apparari se-
sit.

C. Quibi

C. Quibu' quidem quàm facile poterat quiesci, si hic quiesset.

D. Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga. M. atque ædepol,

Ea res est, proptereaq; nunc misera in moerore est. P. Mys,

Per omnes tibi adiuro deos: nunquam eam me deser-

turum,

Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes ho-

mines.

Hanc mihi expetiri, cõtigit: conueniunt mores: ualeãt,

Qui inter nos dissidium uolunt: hanc, nisi mors, mi-

adimet nemo.

C. Resipisco. P. non Apollinis magi' uerum, atque hoc,

responsum est.

Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,

Quo minus hæ fieret nuptiæ; uolo. sed si id nõ poterit;

Id faciã, in proclini quod est, per me stetisse ut credat.

Quis uideor? C. miser æque, atque ego. D. consilium

quæro. C. fortis es.

Scio, quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectum

reddam.

P. Iam hoc opus est. D. quin iam habeo. C. quid est? D.

huic, non tibi, habeo; ne erres.

C. Sat habeo. P. quid facies? cedo. D. dies hic mi ut sit sa-

ti', uereor,

Ad agendum: ne uacuum esse me nunc ad narrandum

credas.

Proinde hinc uos amolimini: nã mi impedimento estis.

P. Ego hanc uisam. D. quid tu? quò hinc te agis? C.

A N D R I A

- uerum uis dicam? D. immo etiam
 Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?
 D. Eho impudens, non satis habes, quod tibi dieculam
 addo,
 Quantum huic promoueo nuptias? C. Dane attamen.
 D. quid ergo?
 C. Ut ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me, ut uenias,
 si quid poteris.
 D. Quid ueniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. age,
 ueniam. C. si quid,
 Domi ero. D. Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire
 hic.
 M. Quapropter? D. ita facto opus est. M. matura. D. iam
 inquam hic adero.

S C E N A T E R T I A A C T V S Q V A R T I.

M Y S I S.

- M. Il ne esse proprium cuiquam? Dij uostram fi-
 dem.
 summum bonum esse heræ putabam hunc
 Pamphilum,
 Amicum, amatorem, uirum, in quouis loco
 Paratum: uerum ex eo nunc misera quem capit.
 Dolorem? facile hic plus mali est, quam illic boni.
 Sed Dauus exit: mi homo, quid istuc obsecro est?
 Quò portas puerum?

S C E N A